



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio I. De immunitate locali, quæ competit Ecclesiis, & aliis locis
Ecclesiasticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XLIX

DE IMMUNITATE ECCLESIARVM, COEMETERII, ET RERUM AD BAS PERTINENTIUM.

Immunitas Ecclesiastica, de qua hic sermo est, aliud non est, quam jus, quo Ecclesia res, vel persone Ecclesiastica ab oneribus, vel etiam officiis secularibus libera, & exempta sunt; triplex autem communiter hæc immunitas est, localis scilicet, quæ Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis competit; realis, quæ rebus, seu bonis ad Ecclesiam, vel Clericos pertinentibus concessa est; & personalis, quæ gaudet personæ Ecclesiasticæ. Sit ergo

& quæ adherent Ecclesiis, sacristia v. g. porticus, atrium, turris, tecti pars etiam superior, Ecclesiæ sine Superioris auctoritate destructæ, & quarum reparandarum spes est, gaudent hac locali immunitate, quia in materia hac favorabili nomine Ecclesiæ veniunt. Secundò competit locale hoc immunitatis privilegium cœmeteriis c. ult. h. r. quæ eisdem privilegiis cum Ecclesiis gaudent; oratorii, in ædibus etiam privatorum auctoritate Episcopi, ad divinum cultum deputatis; & univèrsim, quæ de jure Canonico religiosa loca censentur, uti hospitalia auctoritate Episcopi erecta, monasteria cum toto ambitu claustrii.

SECTIO I.

De immunitate locali, quæ competit Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis.

§. I.

Quanam loca Ecclesiastica immunitate gaudeant?

Gaudent immunitate hac locali primò Ecclesiæ non tantùm consecrata, sed etiam, quæ auctoritate Episcopi benedictæ, aut ad publicum usum divinorum deputata sunt, c. Ecclesia 9. h. r. quia talis locus ex sola tali auctoritativa deputatione facer censetur, etiam si officia divina nondam in tali loco celebrentur: & hinc etiam interdicitur Ecclesiæ, Ecclesiæ pollutæ, nondam reconciliatæ, Compend. Pirhing.

§. II.

An in Ecclesiis, aut aliis locis sacris, vel religiosis judicia exercere, sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

Non tantùm judicia criminalia, in quibus agitur de fusione sanguinis, aut pœnâ corporali, in Ecclesiis aut aliis ejusmodi locis sacris exerceri non possunt, sub pœna excommunicationis, c. Cum Ecclesia 5. h. r. sed nec civilia secularia, non quidem, quæ sunt merè voluntariæ, sed quæ sunt contentiosæ jurisdictionis, ita ut nulla sint, & irrita, processus, & sententia in Ecclesia, instituta, LII I.

tuta, prout statuitur in *e. Decet 2. h. t. in 6.* absurdum enim est, ut ait circa criminalia Pontifex, ibi iudicium sanguinis, (vel Civile) exerceri, ubi est tutela refugii constituta, non tantum delinquentibus, sed etiam contra Civilia debita, ut videbimus. Iudicia tamen Ecclesiastica in Ecclesia etiam exerceri posse validè, ac licitè, docet Glossa communiter recepta in *citat. c. 2. verbo: secularium*, & satis probari potest ex *c. Quà fronte 25. De appellat.* tum quòd maiorem rationem suorum iudiciorum habere debeat Ecclesia, quàm merè sæcularium; tum quòd ut sic Clericorum etiam honestati consulatur melius; negari tamen non potest magis fortasse decens, & conveniens esse, ut etiam tales Clericorum causæ, potiùs in palatio, aut consistorio Episcopali, quàm in Ecclesia expediantur, prout praxis habet, cum Ecclesia sit domus orationis, non jurgiorum.

§. III.

Quinam præterea actus prohibiti sint exerceri in Ecclesiis, vel aliis locis Ecclesiasticis, propter reverentiam loci?

Contractus fieri & negotiationes exercere in Ecclesiis prohibetur in *cit. c. 2.* (nisi ea tantum venderentur, & emerentur, quæ mox ad cultum divinum comburenda essent, ubi sunt cerei v.g. aut talia ad pietatem fidelium juvandam conducentia. Secundò prohibentur in *eodem c.* in Ecclesiis fieri publica communiatum Concilia, & parlamenta de rebus merè temporalibus. Tertid vult in *ist. c. 2.* Pontifex, ut in Ecclesiis cessent

vana, & magis fœda, & profana quia, cessent consultationes quælibet, & quæcunque alia, quæ divinum obicium turbare possent, cum Ecclesiis locus divino cultui deputatus: præcipiens etiam ordinariis locorum, inter talia faciant observari, & contravenientes debitis pœnis coerceant. Quibus etiam prohibentur in Ecclesiis ludi theatrales profani *c. cum decorum 12. De vobis honest. Cleric.* Quintò prohibentur convivia in Ecclesiis *Can. Non oportet 4. dist. 41.* Sextò denique prohibetur omnia violentia Ecclesiis facta, ut constat ex *placito can. caus. 17. q. 4. ob reverentiam loci* loco sacro debitam, hæc omnia prohibentur Ecclesiis.

SECTIO II.

De iure, sive immunitate asyli, quod competit Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis.

§. I.

Quo iure asylum, sive jus hoc immunitatis sit constitutum, & quomodo criminis ad Ecclesiam confugientibus gaudeant immunitate asyli?

Jus asyli aliud non est, quàm privilegium, quo gaudent Ecclesie, & confugientes ad illas, velut ad asylum vim extrahi non possint, quod ius, sive privilegium non est introductum, sed naturali, vel jure divino positivo, & humano tantum, Canonico, & Civili, neque enim aut intrinsecè malum est